



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ivdex Magistratvs Senator**

**Zype, Franciscus van der**

**Antverpiæ, 1633**

§. IV. De iure sacrorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14280**

*Ne amplius Senatus consulta fiant. abrogata l. 9. D. de leg. & Senatus consultis. & ad Principem id iuris retrahit.*

## §. IV.

## De iure sacrorum.

**I**Vra Sacrorum & Religionis à iuris & politicæ peritis ad summum Imperium referuntur. Iudæi diu eosdem Reges & Sacerdotes habuerunt. Melchisedech Rex Salem fuit, & Dei sacerdos.

Anius apud Virgilium

*Rex idem hominum Phœbique Sacerdos.*

Nunc Deum munere, inquit Tacit. 3. Annal. Summum Pontificem, Summum hominum esse Imperatorem. sic & apud multas gentes. quatum Reges, seu qui clavum Reip. tenebant, de religione leges tulerunt: ita <sup>De sacris statutis.</sup> Numa, ita decemviri in legibus XII. Tabul.

*Deorum fabulas ne credunto.*

*Deos peregrinos, praeter Faunum, ne colunto.*

*Separatim nemo habessit Deos.*

*Neque nouos, sed nec aduenas, nisi publice*

*Adscitos, priuatim colunto.*

*Nocturnas in templo Vigilias ne habento.*

*Nocturna mulierum Sacrificia ne sunt.*

*Præter illa que pro populo ritè fiant, &c.*

*Ne quem initianto (nisi vt affolet Cereris) Græco sacro, &c.*

Ita & apud Linium l. 15: decretum, ne qua Bacchanalia Romæ, neuē in Italia essent. apud Tac. 2. Ann. factum Senatusconsultum de sacrificiis Iudaicis, Ægyptiisque pellendis. & sub Claudio, Viderent Pontifices que retinenda, firmandoque Aruspicum essent. sed hæc initio Imperij, atque in speciem, alioquin ad se deinde Itira Sacrorum in solidum Impp. transtulerunt. ita & Constantinus mox à baptismo Christianis templo, & Christi cultum permisit. quod Tiberius proposuerat; sed Senatusconsulto repulsum fuit. & Alexander Seuerus, & Adrianus cogitarat.

## §. V.

## De Magistratum creatione.

**M**agistratum creatio ad summi Imperij iura etiam pertinet. Cūm Romæ Majestas penes populum esset, in comitijs creatio peragebatur: tandem e Campo ad Patres translata est;

*mutata.*